



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1863**

XV. Die Ritter Heinrich, Michael und Gerhard Manteufel vergleichen sich mit dem Domcapitel zu Kammin über den Zehent aus dem Lande Colpin, am 21. April 1315.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

XIV. Bischof Heinrich von Kammin genehmigt, daß der Convent des Klosters Zehden vier Pfarrkirchen seines Patronates den Tafelgütern des Conventes incorporirt, am 22. Mai 1311.

Heinricus, dei gratia Caminensis ecclesie Episcopus, universis Christi fidelibus presentem literam intuentibus salutem in omnium Salvatore. Quoniam habere memoriam omnium, potius est diuinitatis, quam humanitatis, necesse est ea instrumentis publicis confirmari, et vt quid robur accipiat, dignum est confirmationis beneficio suffragari. Ad notitiam igitur omnium cupimus pervenire, quod ad nostram venerint presentiam dilectus nobis Adolfs, Prepositus et Mettha, Abbatissa sanctimonialium Cenobii in Cedena, nobis exponentes, quod propter tenuitatem reddituum seu proventuum suorum persone claustrum sui non sufficiant sustentari, unde cum consilio discretorum de vnanimi consensu conuentus sui decreverint pensionem annualem ecclesiarum subscriptarum, videlicet Volseke, Wrech, Barchusen et Wobiser, quarum ius patronatus ad eosdem, scilicet prepositum, abbatissam et conuentum sanctimonialium in Cedena commorantium pertinet, usui suorum perpetue ad mensam conuentus ibidem apponere et assignare de prefatis ecclesiis vicarias perpetuas statuendo. Quam ob rem attentius exorarunt, vt ipsorum paupertatem inspicientes ordinationem seu statutum supradictum propter Deum confirmare auctoritate ordinaria dignaremur. Ipsorum igitur piis precibus inclinati, attendentes quod cum a nobis petierint, quod iustum fuit et honestum, tam vigor equitatis, quam ordo rationis exigit, vt id per sollicitudinem nostri officii ad effectum debitum perducatur, statutum seu ordinationem prehabitam approbamus atque eam auctoritate ordinaria in nomine Domini presentibus confirmamus pensionem dictarum ecclesiarum debitam ad usum Domini Prepositi et conuentus presentibus assignantes, inhibentes nihilominus sub pena anathematis, ne quispiam huiusmodi ordinationem ac prenotatam nostram confirmationem molestare aut infringere audeat quoquo modo. In horum evidenciam singulorum presentem literam exinde confectam nostri sigilli munimine fecimus communiri. Datum Stetyn, anno domini MCCCXI, Sabbato post festum ascensionis dominice.

Deirichs Beitr. S. 28—30.

XV. Die Ritter Heinrich, Michael und Gerhard Manteufel vergleichen sich mit dem Domcapitel zu Kammin über den Zehent aus dem Lande Colpin, am 21. April 1315.

Nos Hinricus, Michael et Gerardus, Milites, dicti Manduuel, omnibus, ad quos presentia peruenerint, recognoscimus publice protestantes, quod nos super decima ville Culpin et metarum seu terminorum ejus, cum honorabilibus dominis, videlicet Hildebrando, preposito, Conrado, Decano, et Capitulo ecclesie Caminensis taliter concordauimus, ut eidem Capitulo nos et nostri successores legitimi annis singulis, qualibet dilacione postposita, pro dicte ville Culpin decima et terminorum suorum duas marcas usualis monete iugiter soluere in festo beati Martini debeamus, ad quod faciendum nos unanimiter presentibus obligamus et quia omnes uno utimur sigillo idem ad

majorem premissorum evidenciam presentimus duximus apponendum. Datum Cammin, anno Domini Millefimo tricentesimo decimo quinto, proxima secunda feria post Cantate.

Nach dem Kamminischen Copialbuche des Pommerischen Provinzial-Archives.

XVI. Markgraf Johann verkauft mit Zustimmung des Markgrafen Woldemar Schloß und Stadt Meseritz an Arnold von Uchtenhagen, am 26. Juni 1316.

Nos Johannes, dei gracia Brandenburgensis et Lufacie Marchio. Recognoscimus — —. Quod nostro Fideli militi, domini Arnoldo de uchtenhagen dicto, ac eius heredibus contulimus et presenti serie conferimus, Castrum et Opidum Meserithz cum omnibus suis pertinentiis, scilicet distinctionibus, terminis et limitibus, villis, agris cultis et incultis, lignis, pratis, — —, cum omni Jure et utilitate et Jurepatronatus, cum Judiciis supremis et ymis, cum omnibus precariis et serviciis — —, prout Nobis, dum nostra essent competebant, debito et consueto pheudj tytulo possidenda. Proinde Idem Arnoldus Nobis dedit duo milia marcarum argenti Brandenburgensis et ponderis in pecunia numerata — —. Eorundem tamen Castrum, Opidi, villarum et suorum attinentium competit nobis reemendi libera Facultas, Ita si predicto Arnoldo aut suis heredibus ipso non extante predicti Summam argenti a data presentium ulterius per Octo annos in antea continue computandos restituerimus, extunc predicta Castrum, Opidum, ville hiis adjacentes cum suis pertinentiis, ad nos devolventur omnimodo velut prius, — —. Nos quoque woldemarus, dei gracia — — Marchio, non ignari huiusmodi collacionis contractus per predictum marchionem Johannem rite Facti, ipsum in omni parte sua, quantum in nobis, approbamus, ratificamus et nostri Sigilli patrocinio confirmamus — —, presentibus testibus, scilicet viro nobili domino hermanno de Barby, Burchardo de Berthenfleuen, Buffone gruwelhudt, petzone de Ioffowe, Cristano de gherardesdorpp et Johanne de vorlant, militibus. Slothekone, tunc temporis nostre curie dapifero, cum aliis pluribus Fidedignis. Actum et Datum in Everswold, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. Sextodecimo, die beatorum Johannis et Pauli martirum.

Wohlfürst I, 613.

XVII. Die Markgrafen Woldemar und Johann versprechen dem Arnold von Uchtenhagen zu ersetzen, was er auf Meseritz verbauen wird, am 26. Juni 1316.

Nos Woldemarus et Johannes, dei gracia Brandenburgensis et Lufacie Marchionenes, Recognoscimus in hiis Scriptis. Quod quidquid dominus Arnoldus de uchten-